

Alte Drucke

**ANTIDOTARII CASTRENSIS || particula prima || INVICTISSIMO
|| AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC Dn.|| D. RVDOLPHO II. ... ||**

**Göbel, Severin
Göbel, Severin**

Halle, 1595

VD16 G 2448

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149297



QUOD PLATO DICIT (VT GALE-
nus libro 5. de placitis Hipp. commemo-
rat) sicut in ciuitate, ait tria sunt genera
hominum quæ ipsam continent, quæ stu-
dium, auxiliare & consultorium, ita eti-
am in anima tertia hæc irascibilis vis,
qua natura rationi auxiliatur, nisi mala
educatione fuerit corrupta, Hæc ille. Equidem vereor
cum inter arma publicæ leges mulsitare quandoq; cogun-
tur, tanto sordidiores Medicorum leges futuras, nec in
consultario ordine locum habituras, propterea quod quæ-
stuarii qui vino alijsq; illecebris de comparandis dediti,
ad viuram morborum augendam primum dignitatis gra-
dum apud milites, mala educatione corruptos, habeant a
quo per luxuriam turbato ordine bilis non auxiliares rati-
oni manus præbere possit, atq; ita tardior contra tan-
tos hostes: Recte autem consultatoria auctoritas & præ-
rogatiua ipsis belli præfectis debetur, qui in hoc incum-
bunt ut in hac militum & variarum nationum morumq;
nec non religionis diuersitate, postpositis affectibus non
in auxiliares sed in hostes bilis, ex perpetuo confirmato
concordiæ vinculo effundatur; idq; sollicitè cauent vt
tempestiue seminaria seditionum extirpentur: Ad hunc
porro modum naturæ minister Medicus qui in microcol-
mo suam contra morbos expeditionem habet, inter humo-
res corporis humani ad ipsam bilem quoq; oculos conuer-
tit, quæ cum igneæ naturæ sit fuligines multas ad caput
mittit, atq; ea lane flammæ comparatur, nam sicut omnis
flamma (vt Gal. de vit. respir.) velocissimam habeat cor-
ruptionem, semper enim in ambientem dispergitur, ob id
necessarium est etiam eius generationem velocissimam
esse &c. ita pestilentes febres opinione citius se in conta-

B

gium

gium, leuiter neglecto seminario effundunt permultis sa-
biro collectis causarum adminiculis vt liberius paulo post
grassari possint: prauolarunt tanquam antesignani exerci-
sus pro lue morborum augmentanda, variae syderum con-
stellationes, cometae, ignita meteora, elementorum tam su-
periorum quam inferiorum corporum cum ignitis mete-
oris: variae apparationes vt in Marchia Anno 1594. 20.
Nouēbris, quin & alijs in locis inaudita miracula, mōstrosae
apparationes auiū, pisciū animalū aliorū & hominū, ut cer-
tare inuicem elemēta tāquam omnia ad ruinam dispositura
videantur tam horribiles catarractae & inūdationes hinc
inde per Germaniā, sicut & per Prussia partē vt fidem vix
inueniant: quia vero euent⁹ non cadūt in nostrū intellectū
nostrūq; sit orare & inuocare Deum vt mitiget poenas tan-
tum de ea parte dicam quae medicos spectat, hos n. naturae
ministros Deus cōstituit, & suis donis ornauit, vt a futuris
morbis praeseruent & praesentes euēt, sintq; suae benefici-
ae in custodia sanitatis tanquā fideles satellites atq; officarijs
non itaq; minor vigilantia in prauidendo quam in curando
morbo diligētia opus est: iam quo propius periculis sūt qui
hodie pro aris & focis cōtra Turcā praellantur, tanto plus
Christiana cōmiseratione digni, eo diligentius ipsorū cōdi-
tio cōsideranda & a periculis morborū (per diuinā gratiam
omnia benigne dispensantem) eximendi sūt: praecesserunt
autem haec in⁹ multae clades & strages hominum atq; qua-
drupedum quorū putredine aer dudum cōtaminatus fuit &
& imbut⁹ cōbiberunt tale quippiam ipsae, aquae, quarū cō-
spiratione virus inualescere solet: moribifer autem per se est
Autumnus, praesertim tanto comitatu instructus: Cels. ait
periculosa aestas, autumnus longe pericul. silsi. de frigore
idem: frigus inimicum vulneri, praecord. intestinis, vesicae,
maximalib⁹ ossibus, neruis, cerebro, Aerem vitatū omnibus
aetati-

etatis nocere Orbasii in Eupor. di. it. Quia autem plui-
arum multitudo (de quibus Hip. 3. aph. 13.) magna ex parte
febres longas alui profuua putredines, morbos comitiales
& anginas affert &c. Adsunt efficientes cause mate-
ria copiosa etiam, vberignus prouentus fructuum, ex
quibus corruptibiles sunt melones, fungi terrestres, & quæ
nimirum crudo aut statuofo succo scatentes sunt: Itaq; mul-
ta alia non satis a solaribus rad. js percocta fuerunt, vt om-
nis generis cucumerum & cucurbitarum, præter uvas; nam
& arborei fructus videntur adhuc terminum sufficientis ma-
turitatis desiderare: triplicia autē modo corruptio in nobis fit.
1. ratione qualitatis, 2. ratione quantita. in qua plerumq;
milites errant, 3. ratione ordinis præposterii: cum semper di-
gestibilia, molha, vel iuscula præmittenda sint crudis tanto
it. q; deterius si post cibum assumptum comederint pruna,
persica & similia, quæ mixti in modū putrescibilia sunt, &
quidem hoc anno propter multas & fortes causas efficiētes:
propterea quod potus & aquas hoc anno non tam bonas
habitori videntur: nam etiam bona vina, in principio dum
adhuc mustea & turbida sunt incommo-
dant: quia corpora
Autumno multa pituita redundant & quidē putrescibili;
Iam etiam hoc constat, quando alia coincidunt cibaria vel
poriones quæ augent obstructions (qualia sunt dulcia vina
fructus crudi & dulces pyra, viscosi fagi, carnes imprimis sa-
litæ ex fumo rancidi aut pisces similes, casei putrescentes
panes bisecti) tunc calor putrescibilia innadens non natu-
ralis superuenit, multoq; fumos in cerebrum euehit: nam
quando euaporationes ingeminantur, alæ ex stomacho &
intestinis alæ ex hepate & lyere, tunc non tantum sim-
plices catarrhos produciunt sed etiam suffocatiuos, & quia
corpulentiam conjunctam habet materia, infarci & implex
venas produciq; scorbuticas passionē varias.

B 2

Si

Si modo tales chronici morbi non à tempestate maligna
aeris in acutos morbos per quandã metamorphosin com-
mutabuntur Itaq; debebant in omnem eventum præesse
aliqui castrenses Archiatri iudicio & experientia exercita-
ti, qui ante morborum messem prudenter apparatus ido-
neorum remediorum & facile parabilium instruerent, &
quomodo reliqui subministri talia in promptu habere
debeant ostenderent. Scorbutici morbi semina procre-
antur ex pane biscocto, carnibus suillis, ex visceribus pec-
corum & extremitatibus ipsorum coriosa tenacitate aut
cartilagine præditis, ex infarctis sanguine dilutis ex aquis
frigidis, crudis, turbidis: formant huiusmodi morbos
aduersitates aeris pluuiosæ; curæ vigiliæ, intempestivæ
commotiones tam animi quam corporis: nec nouum talem
in castris morbum esse apparet: Olaus Magnus Gothorum
Archiepiscopus lib. 9. cap. 38. & lib. 16. cap. 16. de septen-
trionalium regionibus scorbutum castrensem morbum no-
minat, quem morbum ad lienes magnos Hippocratis refe-
runt, cuius etiam post Hippocratem inter Græcos Strabo
Geographus meminit, nimirum exercitum AElj Galli
Rom. ad album pagum in Arabia stomocace & scelotybe
laborasse ex aquarum & herbarum quarundam usu.

Paucis annis post (vt Plin. refert) idem vsuuenisse
in Germaniæ castris trans Rhenum à Germanico Cæsare
promotis. Galen. etiam refert hausto aquarum infestarum
omnem pene militum ex exercitum similiter afflictum fuisse,
qui eodem loco castra essent metati. Nec tantum ex aqua
potus sed ex corrupto vino similia mala proueniunt: Anno
1559. & sequentibus cum inuicem Illustr. Principi Dn.
Philippo seniori Landgrauio Habsiæ, ex Galliæ castris re-
uertentes nobiles plurimi in acutissimas febres continuas
inciderunt cum delirio & faucium inflammationibus: qui

namque

gamen sub mea cura (Deo ita largiente gratiam) præter va-
num reliqui omnes conualuere: huic alterum latus tam in-
crure quàm brachio caro, omni succulentia orbata fuit
ad miraculum iastar sceleti, lyenis vitio scorbuticorum mo-
re, oppositum vero latus secundum omnes partes superio-
res atq; inferiores hydropicorum more prætumidum: rese-
rebant ægri causam in corrupta vina: Hæc ideo comme-
moro cum Hungarica vina nervosis partibus, utpote sul-
phure vel (aliquibus in locis) calcarij lapidis succo imbru-
ta, inimica sint, ut angina & pleureses necnon peripneu-
monia pestilentes metuenda sint: videntur autem quod
non omnino perperacuræ epidemiae metuenda sunt: quo-
niam materiales causæ multa crassamenta in se habent, &
& causæ formantes febres acutas, propter externum frigus
incipiunt deficere: quare verisimile est propter catarrhos
defluentis, partim hepaticos morbos, partim inferioris
ventris secuturos: Quales sunt cachexia & ex his
suffes, alui fluxiones & non sine dysenteria propter ad-
iunctas putredines: timéo & vlcera oris scorbutica.

II. DE PRAESERVATIONE.

Vini vsus ob catarrhos (in quibus plurimorum
morborum semina latent) suspectus est, ut in qualitate
tum maxime in quantitate: debent autem militib' Carthe-
ginensium leges notæ esse, de quibus Galenus ex Platone
(in libro eo quem inscribit, quod auri mores sequantur
corporis temperamenta ita dicit: Carthagenensium legem
probarem ut nunquam in castris quisquam gustare vinum
audeat: sed toto illo tempore aqua bibatur. Et nulli conce-
derem, nisi morborum causa. Hæc ille.

Cum enim cerebrum quo in militari tumultu sa-
bunde

hinc contra hostes exardescit, cerebrum & in eo spiritus concutiuntur, sequitur ut ex crudorum humorum evaporatione quam potentioris vini potatio augmentat, sanguis velut ad fermentationem perductus meninges cerebri inflammet, adeo ut biliosæ febres cum delirio vel phrenesi subsequi possint. Itaque calidæ & siccæ intemperies a vino & a spiritu vini quantum possunt, abstinerebunt. quin & catarrhi omnes nam anginæ, pleureses peripneumoniarum item diarrhiæ dysenteriarum metuendæ sunt.

Ergo clarescant prius vina & diluantur aquis puris fontanis vel fluviatilibus ijs prius cunctis aut lapillis in ijs extinctis, item trochiscis acaciæ correctis &c. Laudat Orbasius lib 5. cap. 1. aquas non modo gustatui sed olfactui omnes expertes esse debere easque puras limpidas, quæ non diutius in hypochondriis hæreant, nec ventrem terant aut flatu impleant: neque in cæcocolis aut graueolentibus locis quæ neque cito frigunt neque calcant (quæ plerumque deterrimæ sunt: conuehendæ sunt ad agros in puris vasis aquæ limpidissimæ, quæ à petra scaturiant, quarum fontes ad orientem solem erumpant, & per meatus aliquem aut terram puram colantur: Porro ij qui aquam putrescentem bibunt, palustrem & fatidam, raucitates tussis & vocis gravitatem incurrunt: quæ mala si non cito curata fuerint tabem vel phthisin aut sputum sanguinis inducunt: Prodest autem aquas prius calfacere ac rursus refrigerare, ut ita partes terreæ innata gravitate descendentes, in fundo vasis resideant: aqua vero super eis fluitet. ut autem celerius refrigeret (si desit nix vel glacies vas circumponenda) vas in terra aquosa desodiatur:

Si flauus metuiamus ex potu aquæ incoquenda sunt æ-
nifum & alia semina carminatiua, tale quidem semen si
vnius generis (provt cuiusq; natura hoc vel illo suauiter
afficitur) sic magis laudabile videtur, & ita in morbis ca-
strensis tam in præseruatione quam in curatione a sim-
plicioribus auspiciari idoneum videtur: Correctio aquæ
ex Dioc. (teste Gal.) talis est vt calefacta in vase immenso
insoletur & aliquoties ad ventum, hinc inde transfunda-
tur in alia vasa, videlicet si odorem malum habeat.

Atheneus vult calefactam aquam mundis colis vel
colatorijs siue triplicibus siue quadruplicibus traduci, alio
corrigi malitiam aquarum notum est.

In præseruatione, si Catarrhus metuitur vel adhie-
sugendum vinum, cape aliaq; cruda, lotio capitis: Cercui-
fiæ non sint vaporosæ nec in picatis vasis asservati: tempe-
rantia sanæ a multis magnis morbis præseruat:

Si leges hæc excesserit quis & stomachum mul-
tis biliosis vel maxime pituitosis ac lentis humoribus gra-
uauerit, illi vomitus conciliandus est: nunc moderatis vo-
mitorijs nunc potentioribus pro vt conditio virium suase-
rit: Aquæ in qua cuprum candens extinctum sit turbat
ventriculum & vomitum promouet, contra in qua ferrum
sistit: Itaq; certæ quantitatis vtriusq; metalli laminæ
æquiuales ponderi, non crassæ vt cito candescere pos-
sint, in promptu sint: Sit autem certa proportio aquæ vt
vel semel duntaxat extinxisse vel bis sat sit: Si vomitorio
opus est cuprea vtere, si validius expetis hydræleum sit
vel oxymeli nunc simplex nunc compositum (neq; enim
scylliticum a castris abesse debet) vel acetum asarinum vel
trochiscus vomitorius ex asaro in promptu sint;

Nam

Nam qui antimonij vitro uti vult, sciat se sputum sanguinis
habere contracturas &c. importare posse, atq; hoc modo na-
turam tyrannicam & hostilem induere & exercere:
Si fixend' est vomitus ferri aqua adsit, sic etiā eadem in
fluxione alui diarrhoea vel dysenteria: si fluxus hepaticus
adsit eringij fruticantis ramos vel radicem incoque, nam
ut per diuertica diuertere solet materia, ita obstructions
quoque aperiuntur: prodest succinum (præsertim album
in aqua coctum: atq; vnica succini portio sæpe usurpari po-
test: Si fortioribus astringentibus opus sit, ut tormetilla bi-
storta; caute præstandum nec in magna adeo copia nec ita
crebro propinetur ne in recidivam recrudescat malum, &
auctis oppilationibus caloreq; præter naturam ad putredi-
nem locupletandam accenso, in dysenteriam (quæ post in-
flammationes magnas ex atra bile læthales facit) de-
generet: Itaq; in stipticis vel aperientia miscen-
da sunt vel alternatim usurpanda: Pro reliquis viscerum
obstructionibus, quæ scorbuticam passionem præcedere so-
lent (nam vomitus præcedentes interdum concussione fa-
cta exturbandæ materiæ obstruentis initium dant) sint
certi trochisci in promptu quales sunt de absinthio eupato-
rio &c. nec sum immemor lenitiuorum, quibus etiam in
principio utendum. Verum illa cum magna ex parte ad
curationem spectent, hic leuiter aperientibus utimur: po-
tius medicato ex cereuiliæ haustulo vno atq; altero in initio
prandij: simplicia quæ hoc præstant sunt absinthium v-
trumq; eupatorium tum Auicennæ quā Græcorum: Co-
mos centaurei, cardui benedicti, lingua ceruina, capillares
plantæ: In calidis causis Cychoracea taraxicon (cuius ra-
dicibus aceto maceratis sæpe malignas febres curauit) sic
& alia in quibus suspecta est caliditas (apud eos maxime
qui calidam hepatis habent) aceto radices præmacerari &
exigere

exiccari debent: atq; ex singulis seorsim pulverificatis tro-
chisci præparari: quales omnis generis iussu Archiatri per
Pharmacopœum peritum & sobrium in vicino aliquo oppi-
dulo in ea quantitate, quam dosis vna requirit; confici pos-
sunt: Castrensis n. Medicus in omnes partes circumspice & us
esse debet nam ideo sapientiæ sororem Medicinam dixit
Democritus & ipse Hippocr. τὴν σοφίαν ἀδελφὴν αὐτῆς, εὐνομένην
tanquam contubernalis ei.

Et quia hoc bellū cum tam inquietissimo hoste uide-
atur quod sit diuturnum futurum, milites autem quo diuti-
us in castris hærent eo magis circumspecti atq; experti
sūt; quare veteranis ac bene meritis, major diligentia de-
standa est, ut præsent Medici conscientiosi & vigiles: Nam
si semel bonus miles neglectus fuerit aut amissus etiam si de-
cem vnico veterano substituas, vix tantum profeceris: non
enim victoria consistit in multitudine exercitus, sed in se-
lectissimorum militum prudenti consociatione: non enim
& succedanei milites, indomitæ equis similes sunt, qui
plus calcitrare quam pugnare norunt. Tales si inveniuntur
Medici qui misericordes sunt nec auaritiæ foetore conta-
minati dignitate & libertate magna reliquis præstant:
quæ in L. ge. Constantino Imperat. libri cod. continetur, NB.
vbi Lex dicit. Medicos & maxime archiatros (taceo hic
reliquos breuitatis causa) ab omni functione, ab omnibus
oneribus, immunes esse præcipimus & neq; in prouincijs
hospites recipere, nec vllò munere fungi nec ad iudicium
deduci, nec eximi vel exhiberi, vel iniurias pati: ut si quis e-
os uiderit pœna arbitrio iudicis plectatur. Mercedem e-
tiam & solaria eis reddi debemus, quo facilius liberalibus
studijs & memoratis artibus multos instituunt. Omnino
igitur erga tales Medicos locupletes liberalissimos esse co-
nueuerat, ut tanto auiore precio Medici pauperius, vel
gratis

gratis etiam operam nauare possent: Verum ut nunc mo-
res sunt, quemadmodum validi mendicantes, homines i-
gnavi, ocioq; perdit, veris egētib; elemosynas præripi-
unt: Ita diuites a pauperibus medicorum fere beneuolen-
tiam & studium auertunt abducuntq; dum incredibili te-
nacitate sua omnem ardorem beneficiendi in eis extin-
guunt, vt Seidelius meminit & eos quos sibi gratuitos mi-
nistros sciunt, Medicos eligunt reliquis quorum opera non
vtuntur despectim habitis: Relinquatur ergo Medico qui-
es honor & honorarium cum fauorabili apud principes
promotione vt multis seruire possit, idemq; liberaliter est
sustentandus, vt non tantum de præsentibus sed etiam
de futuris & absentibus neuiquam distractis mediari ad
multorum salutem possit: Nam Medicus (inquit Hipp.)
si suffecerit ad cognoscendum, sufficeret etiam ad sanandū:
Porro quod non semper sanantur agri culpa, inquit non
omnis est in arte aut in Medico nam: sæpe desunt instru-
menta & remedia opportuna (vt quando Medico nullum
præstatur subsidium (aut satis valentia, vnde cum homo
morbo afficitur, qui vehementior est, quam medicinæ in-
strumenta, ne sperare quidem oportet, vt a medicina ex-
uperetur, quare in tali casu vim & magnitudinem affec-
tionis accusare oportet. Hæc ille. Hæc autem de vigilan-
tia Medici castrensis inserui, quia neglecto primo semina-
rio morbi epidemici aut non penitus extirpato sæpe incen-
dio, locus est ex parua scintilla neglecta: Nam sicut Cels.
ait: Spes interdum frustratur & moriur aliquis & quo me-
dicus securus primo fuit. Porro de præseruatione
pore pestis in exercitu, pro conditione materiæ & tempo-
ris, non videtur opus esse pro præseruatione subtilissimis
sudoriferis: quo propior autumnus & hyems sunt, dum
lecti pro conciliando sudore & conclauia desunt, aer cir-
cū stans vere frigidissimus: Ita q;

Itaq;

Itaq; isto diligentior debet esse præservatio. ne vel diuturni siue chronici morbi (qui militum compedes sunt) vel acuti subito generentur. Lustrandus ergo singulis mēſibus exercitus videtur circa inter lunas, aut ad hoc officium sint in promptu inquisitores & corycei, qui ad libellos archia-
eo exhibendos referant statum militum inspectores ordi-
nentur, & cōmeatus qualis esse debeat asportetur maxime
vero in Oenipelas & cauponas castrenses animaduerten-
dum: aut libertas aliquibus detur, qui ex præscripto Medi-
ci Pharmacopoliū castrense habeant duplex vnum proprie
pro delictu purgantium & antidotorum: alterum in quo
cerevisiæ, vina, & aquæ hordei, ex suis certis simplicibus
medicatam naturam pro conditione morborum habeant.
Ego sane tēpore pestis acetum medicatum jam à XXX.
annis in vſu habui, lū mendo quotidie cochlear vñ & buc-
cellam panis intinctam porrigendo. Sed ante omnia ad
Deū assidua inuocatione op^o est, deinde in aduersitatibus
patiētia impigrū etiam esse decet ad labores vocationis nō
meticulosū, nā timiditas est formatrix veneni & morborū.
Animus autē fortis custos & boni sanguinis, & mēs sana ser-
uat corpus sanum. Deinde cibus, pot^o, somn^o, quies omnia
mediocria sūto. Vbi bona alimēta desū, corrigantur potu
medicato nūc ex absinthio vel prædictis sub amariululis,
non intense ne nausea fastidium pariant, in quibus alter-
nis diebus aliud simplex sumatur: Si vero loco pot^o medi-
cati, ante cibum sumatur trochisc^o ex radice leuistici vel
simili (certo pōdere) præparati pri^o in aceto: vel loco pipe-
ris deglutiat^{ur} aliquot grana iuniperi: Veterum descriptio-
nes minime negligēdæ vidētur: Iterū n. n. ali ex ijs homi-
nes castreses magnæ experiētiæ. In Nicol. Myr; alexandrini
no extat oxyporion ex granis iuniperi ad omnem causam
frigidam stomachi, describitur id scilicet. 37. capite 22.

Idem aliud oxyporion bilem educens describit Sect. 37. ca.
25. Item ex apollonio quod concoctionem iuuat: Quia ca-
strensiū morborum principium plerumq; ex mala conco-
ctione oritur: propter cibos crud. opus ergo calefactione
tēperata, quod etiā lūptis a cerna suppleri potest sale sacer-
dotali & similibus. Sicutq; pro vsu trochisci, singuli pondus
drachinā habeant, siue roborandū siue purgandū: &
cum diuersa genera sint, ac nomina excidant: character
vel littera A B C &c. semel cogita de effectu militi in me-
moriam hārebit fidelius vt receptarijs chartis, qui auiti pos-
sunt opus non sit.

Purgantia pro castrensiū simili caractere inno-
tescant in pelte extracta vel succi concreti potissimum ex sim-
plicibus in promptu sint conclusi in vesicis: vt sunt extractū
mentæ, scordij, llopi feniculi, centaurei cardui benedicti,
Gentianæ &c. ex talibus si vltus postulet, dosi conueniens
sumpta dissoluatur aliquot guttulis vini syrupoq; zachari-
no siue mellino excipiat atq; ita decocti syrupi vices sup-
plebit: vigorari autem succos concretos aliquibus oleis
stillaticijs posse supra monui: Sed notandum pro syrupis
frigidis extracta vel succos cōcretos nō ita futuros efficaces:

Itaq; ex vicinis oppidulis pro rei necessitate exigantur
ad archiatri præscripta: in parato sint ex rosis, violis
nymphæa eadima vel alijs: Eorum defectum suppleat aqua
hordei additis simplicibus & flosculis seminibusue ad præ-
scriptum Medici cum spiritu vitrioli acidior facta: Potest
autem pro epidemiæ conditione vnum atq; alterum vas ter-
tio quoq; die renouatum in promptu esse: & quando uten-
dum zaccaro dilui & sicut dictum extractione acetosæ vel
spiritu vitrioli vigorari: Talibus autem etiam in præseruari-
one non minus quam in curatione vtendum est. Quid ad
cibaria attinget singulis septimanis sint certi dies in quibus
ex vi-

ex vicinis pagis tortæ, pastetæ aut panificia alia in quibus
vel carnes vel res aliæ coctæ sint curentur. ac sane carnes
aceto luniperino prius maceratas semiaffas postea in cliba-
no sufficienter coctas: Quod talia nimirum pastis con-
clusa ab aere minus corrumpi vel viciari possint, suntq; ma-
gis seruabilia, ad refectionem virium in parato quæ eo diu-
tius, ad vsum esse possunt.

HABEAT autem Archiater suos inspectores
qui intersint quidò carnes, pisces, fructus panificijs rectu-
ris oberustantur, ne quid foeteat si clibano coquantur: &
quo die ne quid adulteretur aut sophisticetur. Et quoniam plu-
rimo aceto in acutis morbis op' est. audio hoc modo a qui-
busdam fructibus, vt sunt, mora, rubi idæi vel eius generis
plura vt sunt vuz passulæ &cetera. si ijs affundatur vinum
destillatum, per putrefactionem in acetum conuerti, quod
expertus nondum sum: quin alia bona aceta (nam variaz præ-
parationes notæ sunt) haberi aliunde possunt:
Debent porro quoq; Rizotomi & herbarij esse prælectes, qui-
bus notum sit quid in vicinia crescat: qui recentes radices
vt sunt cychoracea in arena conseruent, ne quid istorum
Medico deficiat.

II. PARS DECVRATIONE morborum.

QVonia alij morbi sunt externi alij interni: de illis alij
extant libri, de quibus compendiose alias: vtraq; ve-
ro eorum apparatus ordinemq; ac quasi Oeconomi-
am castrensem postulant: de quibus breuiter commonesce-
re potius, quam ex professo docere cupio: saluo meliori
iudicio, pauca dicturus sum: Archiatri autem supra men-
tio facta est non tam dignitatis & prærogatiuæ nomine, quæ
ipsius necessitatis gratia siquidē res magni laboris & curis
C 2 plena

est, in omnes partes esse circumspedum: quare singulis mensibus alter prouisor generalis qui vicem Archiatri in se recipiat ordinandus videtur, & communicans studiis quid necessitas exigit provideri possit: taxis quoq; generalis esto publica, ne hirudinum istar per avaritiam milites emungantur: Singulis mensibus tam constringam quam pharmacorum promptuaria perlustranda, ut succedanea nulla sine approbatione prouisoris vel archiatri substituantur, non tam copia, quam delectus in promptu sit: exoleta corrupta reijciantur; imposturis locus nullibi sit, candor integritas fides regnet in armis: quæ omnia per disciplinam militarem reformantur, ne auctoritati archiatri quidquam decedat oculus sit ad omnia prognosticis: & tempestiuus præmonitionibus per subministros de cauendis in hoc vel illo genere epidemiarum.

Catarro morbo matris extermiuando: In principio ubi ingurgitatione peccatū, vomitorio excutitur superfluitas vel posterioris dietæ inedia, multum diuam inediam ad desiccationem comedant sed talia non cadunt in militem etiam si sitire bonum sit vino ante omnia abstinendum breue multis hoc malum visum est, quod tamen neglectum longum esse consuevit ut Cel. monet. calidus n. catar. huius in iuuenibus periculosus: In calido catar. quidam crudum pomū comedunt & superbibunt aquam. hic aqua pasculata corinthiaca locum habet: cortices interiores ribis si desint semina cydoniorum. Si catar. est epidem. debet chartulæ de diæta certis locis affixæ esse ut prælegi possunt, certus sit modus alicui coquo a prouisore præscriptus in paradisi auenatis hordeatis alijsue iusculis &c. ne quid agro loco deficiat. anno 1580 multos catar. sine medicamentis solis auenatis pulmentis curari, si esset spiritum sanguinis teræ sigillatæ particulas in ore tenēdas dedi: in salis catar. his aliquid seminis lini vel fenugraci aliquot grana scorsum ne dulo cū

alio correctorio illigentur: aquæ hordei magis sint medi-
cata: ubi tussis adfuit: Græci & arabes nullam phleboto-
miam in catarrhis admittunt, nisi fluxus suffocatiuus (qui
tamen vomitu aut clysteri frictionibus ligaturis potius lo-
let) imperet, vel pars nobiles periclitetur febris instiget,
oculi damnum pertimescat: In pharmacia etiam non re-
mere ad purgantia properandum: Infelix hic chymia, In
frigidis catarrhis, in tussilem, notum est quod tales mor-
bi (vt multi alij magni Celso auctore) per abstinentiam &
quiem vires amittunt: decoctum Ilopi vel extractum ma-
ximè ex helenio frequens in vlu sit cum melle: potus medi-
cati interdum sufficiunt vt legibus Medicinæ carere possit.
Vnguenti porabilis sufficientem quantitatem in parato esse
debere nemo dubitet in varijs morbis thoracis siue ex fri-
gore contractis siue ex affluxu partem aliquam lædentibus,
sua n. pinguedine medicamentosa multas sæpe internas
obstructiones soluit, expultricem facultatem licet non sta-
tim excitet tamen tandem vt vel per superiora vel inferiora
peccans materia expellatur, multum promouet: si febris
non adsit in doloribus lateris in pleuresi nota alijsq; dolo-
ribus internis vt sunt dorsum lumborum colicæ calculus ma-
teria catarrhica separata a cæteris succis ubi fuerit pur-
ganda est. Sitq; in promptu purgans aliquod pectorale est
polypodio &c. ne in carnificinas chymisticas (siue sit pleu-
riticus, peripneumonicus asthmaticus, hæmopticus &c.
incidat: Sunt enim paracelsistæ qui ita curant ægros vt hæ-
sacerdotibus paulo post si superuiuant commendare ne-
cesse sit. Valeat etiam antropophagus ipsorum Coryphæ-
as qui ex humanis carnib⁹ theriacâ conficij voluit. pro eo
castræis aliqua theriaca, vel Germanica alia in promptu
sit. Habet suâ interim singularem laudem Andtomachi, &
michridati. De sale ablin. & arthem. aut scordij. in peste
multa laude digna sunt: q. & proprijs oleis vel alijs accet-
sorijs vigorari possunt.

Suda

Sudoriferis varia impedimenta obflare dictum est.
quare pulvis contra pestem ex euphorbio preparato (cum
succo citri vel scordij) mastiche croco, & quandoq; cum
camphora (licet interdum per superiora vel inferiora phle-
gmaticas superfluitates inuadat) potiora sunt, maxima si
pestis ab aquis vel alimentis trahat originem.

In defectu salium chymicorum vruntur herbe anti-
dotales vt scordum, pimpinella, valeriana, parthenium,
arthemisia absinthium cortex fraxini &c. pro vt hæc vel il-
la species pestis & ex cineribus lixiuum propinatur, vel per
se vel cum trochisco acetoso rad. præmoræ aut cum maiori
penetratio camphorato: Non cuius liberum sit Kogleri
præcipitato aut floribus antimonij & similibus vti, nisi ex-
perto qui licentiam ab archiatro impetrauerit.

De resectorijs siue cibis medicamentosis alibi dici-
turnisi singulare aliquid pro castrensibus dispenlandum sit:
De contagij seminarijs quomodo per plumas propagentur
aliunde constat, itaq; sudantes in gramineis lectis ex arido
foeno confectis: qui postea exuri debent, collocandis alibi
abunde docui: De alijs libri infiniti extant.

De dysenteria curanda, per decoctum radicum
consolidæ majoris vel cum lacte caprino vel cum aqua cha-
lybeata alibi dictum: Vellem certum genus bisecti cum
pulvere rosarum zacharato in promptu esse. Rob. acaciæ
vel alia potenter adstringentia ne obstructione putredinem
augeant corrigenda sunt, de quibus postea.

De Caphalea Vngarica huius curatio ex D. Iorda-
no petenda: De ceteris speciebus pestis curandis alij
docuere: In scorbuticis morbis quantum faciant succi
crudi, cochleariæ Bachabungæ Vicius Ronseus & præci-
pue Salomon Albertus post Seuerinum Eugalonium docu-
ere. quibus vix aliquid addi posse existimo.

De

De vitijs columella & relaxatione inflammationibus
& argua veret dū esse puto, quod per tēpestates animales
sublequi catarrhi possint, varia gutturis vitia, & subie-
ctarum partium siquidem cor & pulmo vti nobilissima
sunt membra, ita varijs malis exposita sunt. sic enim ab
assidua destillantis humoris irritatione, tulsis causatur,
quæ somnum ad reparationem virium a Deo conditum,
vlum quoq; vocis & elocutionis intercipit, degluticionem
etiam ciborum imprimis impedit, vt metu strangulationis
multi periclitentur. Itaq; ab omni parte oppugnandum ta-
le malum, Clysteribus, suppositorijs, Phlebotomia, cucur-
bitulis astringente gargarismate, quale sit ex radice quer-
cus vel potius adnato ipsius, quod uiam quercinam vocant
quibus si nihil expugnari potest, pyrorico ex aqua forti de-
consilio Paræus videndum est. succini albi portuncula accen-
sa leuiscule sine fumosa exhalatione (de quo alibi) per ha-
littam attracta leuiter sufficiat vt sorbere quodammodo vide-
amus fluxionibus medemur. non enim conueniunt mul-
tum calidi & pingues sumi, qui nares caputq; im-
plent & obstruunt: quando autem in nimia relaxatione vel
tella precipienda sit vna, propendens particula Paræus
libro 7. capite 7. docet.

Præcedenti etiam capite docet quomodo in glan-
dularum, paristhmiarum seu amygdalarum tumore aperi-
enda sit aspera arteria. De triplici vero Angina idem
cap. 8. ubi sane ex Hip. constat, quod minus periculosa sit,
vbi tumor se extrinsecus offert. Itaq; nec in angina nec in
pleuresi (ne ad abscessum internum conuertantur) reper-
cutiis actu vel potentia refrigerantibus procedendum;
Sed euocantibus, resoluentibus præmiis diuertentibus
properandum: quod Archiater examinatis Chirurgis in
exercitu ne quid temere fiat, inculcabit, pro natura gras-
santis

sanis epidemia. Quod autem venæ sectio in omni morbo
ubi sanguis peccat (nisi vires exhausti sint) necessaria sit,
repetita potius phlebotomia quam vna vice effuso largius
sanguine. Non saltem ob virium præsentem statum, sed
ob defectum succulentorum cibariorum quæ sunt substitu-
enda in locum subtrahæ sanguinis ut sunt edulia euchy-
ma, ova forbilia iura carniū & similia.

Videndum etiam an diversionis loco cauteria, va-
sicatoria, hirudines, Synapismi aut alia pyrotica appli-
care liceat. Oculatum esse debere in omnes partes Me-
dicum, tum maxime cum acuti morbi sæviunt. Quæ
Hipp. veluti per Catalogum annumerans, videtur voluisse
ostendere, cum ait: In doloribus proximum ventrem pur-
gare & sanguinis venam rescindere, vltio, sectio, calefactio
refrigeratio, sternutatio (quæ omnia eductoria & expul-
soria sunt, vta nobilibus internis partibus ad externas
progressus fiat, servato intus thesauro vitæ) deinde instru-
menta & materiam quæ adhibenda est, (de quibus si De-
us volet in secunda particula Antidotarij Castrensis) Ad-
dit Hipp. stirpium humores. (Intelligo autem non
tantum extractiones beneficio ignis vel per Spiritum vini
in corpulentiam redactis. Ponamus eiusmodi
extrahendi rationem veteribus ignotam fuisse, sed tamen
nobilissimæ Sapientum antiquitatē concedi debet
multa ab illis tanquam communia habita & ad con-
scribendum neglecta, hodierno seculo nos latere. Cru-
dis autem succis ut veteres vti sunt, ita multa arcana in
eis recondita latent, quæ aut coctione percunt aut alio

modo

modo: quin ergo dicamus inesse talibus virtutes con-
tra internas inflammationes, pestilentes ut sunt succi ace-
tosae citri limonum &c. Quid autem per sequentia in
textu velit ut per oxycanon, nescio an recte a quibusdam
intelligatur maleficarum plantarum succus, quæ habo-
ant vim acrem corrodentem (an forte velit quod inter-
dum ad vesicatoria & similia confugiendum sit ut sunt spe-
cies tithymali plantæ tales maleficæ quæ lac stillant: Et ita
subjungit textus alium

Item varius vius in castris vinum feruetadum, ace-
tum, Sal, quæ partim corrosivam & resolutivam partim
vim repercussivam habent (quæ singularem explicatio-
nem postulerent.

Oportet enim Medicum admodum vulgaria tan-
quam maxime Polychrista ad manum in Castris habere.
Contra ictus, percussiones, casus, plagas, suggillata gru-
mos sanguinis ad inhibendam vel impediendam putrefa-
ctionem. Talia sunt quæ calesciunt, attenuant, discu-
tiunt, resolvunt, siccant quoq; & roborant partes, ut sunt
vinum calescitum, sicut & multa alia.

Sic in faucium inflammatione gargarismata repul-
soria ex oxycrato aliquo fieri possunt, deinde etiam
resolutoria.

Inveniuntur eiusmodi astingentia plerumq; in vi-
netis prope castra ut Cotonearū mori rubi, plantago, gi-
garta vuarum vel passularum, arilli cortices quercivæ vva
quercina, ligustra poma sylvestris, Mespili, sorba, millefo-
lium; ex quibus decoctiones fieri possunt, ad medietatem
ac melle aliquo adstrictorio ten perari. Quod si ma-
teria fuerit pituitosa tuto additur alumen & aceti tantillum.

Foriafecus autem lenientia (vt ex puliculis auenatis, lani-
na seminis lini additi interdum mica salis vli, stercore
equino, (si nidi hirundinum defunt) vt relaxantur & rare-
scant partes externae, sicq; humoris portioni vel dffunden-
da vel resoluenda via sit aperta resolutum iri humorem in-
telliges, si febris agrum deserat si liberi is deglutiat, loqua-
tur & respiciat si placide dormiat & dolor valde remissus
fuerit; Tum enim (vt Paræus iubet) iuuandus natu & co-
natus resoluentium medicamentorum appositione item
suppurantium intrinsecus extrinsecusq; admotione si in-
pus verti materia videatur. Commendauit mihi illustris,
quidam princeps lactes caprini vsum, cui in castris vltus
sit nos defectu illius vaccini vel decoctum ex Pœnugræco
vel radicis Athææ cum ficibus parare possumus addito
Saccharo & oleo, palsulis elixis, pro gargarismate: quoniam
etiam & Cataplasmata idonea donec maturitas exigit vt
Scalpello abscessus aperiatur; quo aperto gargarismata ex
abstergentibus vt nix aqua hordea ac Rhodomelite.

IN PLEVRITIDE neg'lecta, nisi maturæ sit
facta Phlebotomia, diuersio pororum cutis per anodyna
vel cataplasmata apertio fiat, &c. Suppuratio periculosa
sublequi solet. Suppuratum corripit, dolor i. punctorii len-
sus, febris & spirandi dfficultas, & suppuratum sanguis
expurgandus illas per os, sugentibus insuat p. lmonibus
& in asperam arteriam abripiantibus Vidiq; in os explu-
dentibus, alias per vrinas alias per anum cuius rei exempla
adducere possem. Quod si natura imbecillior, purulentum
sanguinem in thoracis spatium effusum nequeat expecto-
rare, in Empyema morbus commutatur, quare ac celsito
Chyrurgo apertio molienda inter tertiâ & quartam veras
& legitimas costas: (de quibus vide Velalium in consilio
pro

pro illis: Terra nuda Duce cum Ingrassia (pulsulo
publicato) Id est, vel cauterio ad ali, seu potential, vel non
vacula superius deorsum versas dicitur, non autem inferne,
ne violentur vasa quae intra costam disseminantur. Tuto
& facile apertio illa perficietur, actuali hoc cauterio: Id
quatuor foraminibus peruium est, quorum vnum superius
vel inferius pro incisionis depressione & modo, stylo tra-
jicitur, tum eius mucro per ferri laminam media sui parte
foramine, etiam in peruium designatum a Medico locum
adigitur, ne forte titubans manus non attingendis partes,
& ito ferro violet. Lamina eiusmodi non nihil incurua esse
debet, quod lateri gibbo facilius aptari possit cuiusque extremi-
tatibus ex aduerso latere quatuor locis vinciri. Eius figu-
ram Paræus lib. 7. cap. 10. pagi. 239. appinxit & addit.
Quod si corpore, thorace, & costis amplioribus, vasisque
egregiis, & costis ipsis terebelli diuidere & fo-
rare. Quomodo unquam apertio facta fuerit, pus erit lenissimum
& vicibus interpolatis effundendum. Thoracisque capacitas
injectione ex aqua hordei vacijs sex & mellis rosacei vn-
cijs duabus alijsque si nobilibus parulent & luente eluenda.

Capivaccius in thoracis dolore & pleuresi, perpen-
dere inquit oportet, vehementiam doloris, qui sedari de-
bet & vehementiam sanguinis qui evacuari debet. Et si
magis potest dolor, prius fomentibus utendum, si magis
sanguinis, vena ilico secanda. Quod si igitur vena aperi-
enda sit, remota a loco dolente primum dolor sedari de-
bet, post tuenda vena: quia magis potest dolor, quam
sanguis ille remitti, qui dolorem vel nullo modo, vel tar-
de auferre potest. De pluribus autem venis & quo ordine
incidendis (quod interdum fieri necesse est) nunc supra
pateat in brachio nunc infra in pede saphena Avicenna tradit
& Capivaccius pagina 391. Sic enim Avicenna interdum

secat Saphenam, deinde venam brachij oppositi, vtro
eiusdem lateris, prout scilicet est presentia indicationum
& nihil prohibet. In progressu mali (siquidem rarius
Medici vocantur) ubi dolor est vehemens: certe tunc ve-
na secanda.

Cucurbitulas scarificatas interdum convenire loco
Phlebotomiae notum est, ubi virtus debilis applicatur
omni loco affligo, sed ita ut fiat reclusio & auersio infra
thoracem vel in brachijs. Topica ex Anodynis, si desine-
re substitui possunt herbis prius coctis in aqua vel Hy-
dræleo aut Camomelo, Aneiso in vesica applicatis &c.
alii semper habita ratione. Fiunt & alia externa localia
dilucentia ac densantia Cataplasmata item fomenti loco
vesicæ semiplenæ hydræleo: admirabile item medicamen-
ti omentum ex recens mastato animali calidum appli-
cetur vel recipe: omentum castrati vel vituli vel suis,
calefiat moderate cū Butyro non salito vel oleo dulci: Si in
profundo dolor dilutum oleo Saccharum cum multa aqua
hordei propinetur, vel etiam cum emulsione seminis papa-
ueris: A proprietate valere in pleurisi rasuram dentis,
apri item flores papaveris rubei: quomodo autem secanda
vena si dolor ascendat & quomodo purgandum si descen-
dat consulatur Capiuaccius pagina 125. Clysteria sane
reiterata forent hic tutissima. Itaq; de similibus auerten-
tibus cogitandum: lambitina ante venæ sectionem non co-
tusant, tandem ubi materia impacta resoluentibus opus
est.

In Peripneumonia epidemica æger ex loco frigido
educendus est, nam tussis multo molestior quam in pleu-
ritide: Rhasis in principio Basilicam & quidem statim se-
canda suadet, alioquin medicamenta fere eadem quæ in
Pleuritide.

Præser-

PRAESERVATIO.

Dormituri sublimius reponant caput ne terram
aspice tangant alioquin sorbentes vitiosos & terra halitus
facile sentient & caput & pulmones infici. Itaq; nodulus
odoratus aut panis cum absynthio illigatus ac aceto
madefactus de collo dependeat. vel aliquid ore teneatur.
Caput a frigore & ventis muniatur. Sordes in castris terre
cooperiantur. Castramentaturi loca sublimiora petant
vitantes paludes. Si autumnus sine epidemia memorabi-
li expirabit ventis secundis spirantibus, nihilo minus in
principio hyemis tussis & sputationes sanguinis quas con-
sequi tabes possunt.

In tali constitutione imprimis cauenda sunt metal-
lica vel mineralia ex praecipitato & antimonio.

Qui possunt habere terram lemniam Vngaricam
vel Silesiacam bolum praeservationis loco seruent aut cu-
rent inde sublinguales pilulas confici, addito puluere nucis
muscatæ in aceto preparato & paucio puluere foliorum
scordij. vel fol. quercitumz accharo.

Maxime si accelserit dysenteria: qualis aliquando
robustissimis etiam militibus in castris accidit quibus
mortuis observatum fuit, in cadaveribus dissectis ve-
narum arteriarum melsaraicarum oscula reserata elata &
tumentia, omnino qua in intestina desinebant corylido-
rum instar habentia, quibus compressus sanguis stillasse
dicitur. Talia per sectiones cadaverum sunt observanda.

Quod factum puto quando nimis poten-
tia adstringentia in principio
propinquantur.

Vulga.

Vulneratos vti pulvere poligent vult Gratarolus
Duplici modo succedendo scilicet ieiunio cochlear vnum cum
vino, vel cum aqua hordei si febricitans aut pauper fuerit:
Item mundificato vulnere aspergatur etiam aliquid de pul-
uere. Vulneri super imponit solum quercinum cuius pul-
vis mirabilis in alijs duobus casibus,

Pro febribus malignis excutetur tritolium aceto-
sum, cuius pulueris cochlear vnum mirabile cum pitana
hac semper in parato sit. De explorandis in lectis lon-
gibus, Item de exercitus statione vel castris
transferendis vide Gratarolam

Hac Seuerinus Göbel Medicus
Illustris. Ducis Borussiae
consulebat,

